Turre Epiſcopo, ac Principe Sedunenſi fundata fuit, & dotata anno 1330 Hodie Patrum Carmelitarum eſt Cœnobium. Vide Sammarthanos in Gallia Chriſtiana, *Tomo* 3. *fol.* 1006. *num.* 52.

XXXI.

1330. Domus Loci de Henthon, in Anglia, in Samerſeſtenſi Comitatu fundata fuit à Comitiſſa Saliſburiæ, anno 1330. Periit cum aliis eiuſdem Provinciæ. *Angliæ.*

XXXII.

1335. Domus Mortui Maris, in Regione, & Diœceſi Lemovicenſi. Inter alias Eccleſias, unam ſcilicet Collegiatam, atteram Carmelitarum, Auguſtinorum alteram, à ſe ædificatas hanc quoque erigere curavit pro Cartuſienſibus Illuſtriſsimus D. D. Petrus Mortui Maris, Epiſcopus Vivarienſis, & Autiſsiodorēſis, Preſbyter Cardinalis, titulo Sancti Stephani, in Cœlio monte, qui vitam finivit die 14. Aprilis anni 1335. haſque fundationes ita ordinavit, ut ſiquis ex tribus iam dictis Ordinibus forsnollet, aut non poſſet ibidem conſiſtere, & permanere, ſtatim alij duo in bonis illius ſuccederent. Ob modicam verò, & inſuficientem dotationem cùm noſtra hæc non poſſet ſubſiſtere, aliis dimiſſa eſt à Capitulo Generali anni 1412. iuxta Fundatoris voluntatem. Vide Sammarthanos in Gallia Chriſtiana, *Tomo* 2. *fol* 316. *num.* 69. *Aquitaniæ.*

XXXIII.

Teutoniæ. Domus Beatæ Mariæ in Monichnſen prope Arnheim, in Geldria, & Diœceſi Monaſterienſi, per Raymundum Geldriæ Ducē, & Eleònaram Eduardi Angliæ Regis filiam, eius uxorem conſtructa anno 1340. atque dotata; ab hæreticis funditùs fuit everſo. Vide P. D. Petrum Dorlandū in Chronic. Cartuſ. *lib.* 6. *cap* 28. 1340.

fol 354. & P.D.Theodorum Petræum in notis.*fol*.109. & 127.

XXXIV.

1345. Domus Belriguardi, in Diœceſi Senenſi, ab ea Vrbe duobus milliaribus verſus occaſum, à Nicolao Cinij, Cive Senenſi, in Teſtamento inſtituta anno 1340. Ipſius impenſis anno 1345 ædificata, tandem Domui Pontiniani fuit unita. *Tuſciæ* *nu.* 87.

XXXV.

1348. Domus in Inſula Cadſant, per conditiones pacis inter Ludovicum Malcanum Flandriæ Comitem, & Eduardum Tertium, Angliæ Regem, anno 1348. Sancitas, ab ipſo Anglo conſignata, poſtmodùm variis Anglorum invaſionibus anno 1385. tùm inundatione Oceani, quæ anno 1404. tria terræ milliaria ſubmerſit, penitùs eſt deleta. *Teutoniæ.*

Do-

XXXVI.

Alemaniæ ſuperioris. Domus Vallis Sancti Michaëlis in Levul, in Hungaria, anno 1350. unius leucæ ſpatio verſus occaſum ab oppido Gran; ab inimicis Catholici nominis fuit extincta. 1350.

XXXVII.

Teutoniæ. Domus Montis Sanctæ Getrudis, in Hollandiæ, & Brabantiæ confiniis, à Guillelmo Duvevordio, nobiliſsimo apud Batavos, Oſterboutique Domino, anno 1353. condita ultra flumen Dungen ad eius ripam orientalem ſpatio fere quadrantis leucæ ab Vrbe S. Geertruyemberg; nunc ſervit Hollandis, & in ea Princeps Arauſius Palatium conſtruxit. 1353.

XXXVIII.

Angliæ. Domus Londini, ſeu Salutationis Beatæ Mariæ, in Comitatu Middleſexiæ, à Gualtero Mainio natione Belga Cameracenſi, 1371.

Gar-